

50 R.

Q. D. B. V.
DISPUTATIO INAUGURALIS PHARMACEUTICA
DE
MEDICAMENTIS
EX
**MALO CYDONIATO PRÆ-
PARATIS,**

quād
DECRETO ET AVTORITATE
AMPLISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ

SUB PRÆSIDIO
DOMINI
JOANNIS PHILIPPI EYSELII,
PHIL. ET MED. DOCT.

ANATOM, CHIRURG. ET BOTAN. PROFESS, PUBL. CELEBERRIMI,
EJUSDEMQUE FACULT. ASSESS, ORDIN. ET SUBSENIORIS
GRAVISSIMI, p. t. DECANI, ACADEMIÆ IMPERIALIS
NATURÆ CURIOSORUM COLLEGÆ, P. L. C.
DOMINI PATRONI AC PROMOTORIS SUI ÆTATEM
DEVENERANDI,

PRO LICENTIA
SUMMOS IN ARTE MEDICA HONORES ET
PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE CONSEQUENDI
PLACIDÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI SUBMITTET
DANIEL LUDOVICUS PLOCK,

Misnic. Torgaviensis.
IN AUDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS.
DIE X. MAJII MDCC XVII, HORIS CONSUELIS

ERFURT, Typis OTTON, FRIDER. WERTHERI, ACAD. Typ. Adj.





PROEMIUM.




Dmodum concinne
*Ulysses Aldrovandus Patri-
cius Bononiensis in sua Den-
drologia & quidem in dedica-
tione hujus Operis de arbo-
rum natura scripsit: Deus & Natura
nihil faciunt frustra; Nimirum sapien-
tissimus ille rerum conditor statim ab
ipso mundi exordio ac in Paradysos
non tantum herbis ac plantis, sed &
arboribus viam suam occultam insevit,*

A 2 ut

ut homini tum ad delectationem &
fanationem, tum ad ciborum ac ædifi-
ciorum, nec non contra hyemis incle-
mentiam atque vim frigoris servirent,
ac quamvis sub autumnum foliis pri-
ventur, hyemis vero tempore planè
emortuæ videantur, tamen ingenita
earum vis atque in ipsis delitescens
succus, sub initium amoenissimi veris
denuò fœse exserit, ut pristino restitu-
tæ vigori frondescere, virescere ac
quasi rejuvenescere videantur. Ha-
rum arborum fructus unice ad homi-
nis delectationem, sanitatem & emo-
lumentum sunt creati, uti sunt pomo-
rum citriorum & aurantiorum variæ
species, quibus languentibus siticuloi-
sis in morbis magnum levamen affer-
re possumus & totum corpus robora-
re. Inter talia poma laudem quoque
suam

ſuam merentur mala Cotonea, quæ
non ſolum valdè confortant ventricu-
lum, verum quoque in Diarrhoeis &
profluviis alvi palmam aliis pomis
præripiunt, variaque tutissima ac Ex-
pertissima, imò certissima ſæpè nume-
ro ex his parantur medicamenta offi-
cinalia ; De his plura ſuppeditabit
Præſens Disputatio Inauguralis Me-
dica, ut autem omnes conatus noſtri
cedant in Numinis Divini Gloriam,
multorum decumbentium commo-
dum & ſolamen, hoc eft, quod ex in-
timis cordis penetralibus preca-
mūr !

§. I.



§. I.



Ntequam ipsa mala cydonia aggredi-
mur, prius examinanda venit arbor, in
qua tales fructus generantur, vocatur
autem malus cydonia, qua magnitudi-
nem mali arboris possidet, & libenter
frutescere, foliis malinis i. e. malo simi-
libus, licet fortioribus & minime serratis
& à terra candicantibus. Flores emit-
tit purpurei coloris ut Malus, fecunda
est fructu, extrinsecus lanuginoso, qui dum maturuit, aureo splen-
descit fulgore, lanuginemque deponit, interius ut plurimum
quinque cellulata sementica grana fusca, lenta, gummosa conci-
pit. Præterea hæc arbor à radice multos emittit stolones & corti-
ce vestitur, quem particulatim renovat, & veluti squamatim de-
ponit, & ceu serpens exuit senectam, incurvatosque trahens ra-
mos, prohibet excrescere parentem, qua ponderi fructuum ce-
dens, proceritatem aequi non potest, lignosa illius substantia pal-
lescit, solida tamen est. Radix illi est cariosa fusci coloris qua-
qua versum divaricata, rectâ, obliqua tendens, unde multi emer-
gunt stolones plantationibus apti.

§. II.

§. II.

Unde vero Malus cydonia vocetur. Autores inter se non conueniunt, siquidem Graci à Cydone Cretæ oppido, unde primum advenia est, dixerunt, Cotonia vero à Cydonte Corin thi vico non minata est. Nec defunt alii, qui sic vocatam velint, quod mala ejus lana quadam tegi videantur, quæ Coton dicitur. Parum vero refert, utram in re non magni momenti amplectariis sententiam.

§. III.

Statuuntur vero à Dioscoride & Galeno duo genera cotoniorum, alia enim minora, rotunda, adoratioraque sunt, quæ vera Cotonia appellantur; Alia autem majora, dulciora ac minus acerba, & Galeno in fine libri sexti de tuenda sanitate struthaea nuncupantur. Unde plurimi autumarunt, cydonia mala, quæ apud nos sint sylvestria, uti voluerunt nonnulli Poëtae, sint referenda ad mala peregrina & exoticæ v. gr. citria aurantia Cotonea igitur Latinè Ma-
la Mῆλα κυδῶνια, & χρηστοῦλα Græci: Italicè, Malo Cotogno: Germanicè Kritten oder Quitten-Apfel; Gallice Pomo de Coing, ou Coignier; Hispanice Codoyons, Membrillos, & Mar-
melos, Codoniero; Arabice Saffarel; Anglicè Quince; Bohemi-
cè Kdaule; Cotoneorum at species illa, quæ pyriformis aliquan-
tum cum sit, & Cotoneopyrum metuit dici Galeno struthia, Belgis
Quæperem appellatur.

§. IV.

Licet vero Tragus Germanicarum herbarum scriptor unum tati-
tum cydoniorum genus agnoscat, in hoc tamen culpandus est,
quod aperie cydonia pyriformia contra Theodorum Celidonium &
Rugellium negat, cum tamen etiam Dioscorides & hujus commenta-
tores

torestres vere distinctas cydoniorum differentias statuerint, ut
 & Valerius Cordus aperte fatetur, quod alia cydonia sint majora &
 malis similia quedam minora & Pyri modo turbinata, quin
 mo tertium addit genus spontinum, quale illud est, quod spon
 te sua Danubi Petrosarum riparum in collibus provenit.

§. V.

Quodnam igitur genus Cotoniorum sit optimum, optime
 Gualtherus Ryff sequentibus verbis expressit, quando dicit:
 Vera Cotonea illa esse, quæ sunt rotunda, parva, & odorata;
 quæ vero struthia dicuntur magna quidem sunt, sed minus uti
 lia; & tandem mustea cito nascentia & celeriter maturantia.
 At hæc de nominalibus dicta sufficient.

§. VI.

Progedimur nunc ad ipsos fructus, ex quibus varia in
 usum trahenda, & describimus Mala cydonia: quod sint fructus
 mali cydoniatæ odorati, tenui lanugine involuti, & incisuris
 crispati, succo adstrictorio austriusculo, semine mucilaginoso
 fusco, & cortice aureo, lanagine obducto, gaudentes, variis
 que usibus in curatione morborum inferientes.

§. VII.

Ne in hac Disputatione nimis prolixii simus, digressum
 facimus ad præparata officinalia, quæ ex hisce fructibus sunt
 elegantiora, inter quæ primum se offert;

Aqua

Aqua Cinamomi cydoniata.

Quæ sequentem in modum præparatur. Sumitur nempe certa portio succi cydoniorum admensur.ij & superfunditur Cinamomi acerri, unc. iv. digerantur per octiduum & postmodum l. a. è B. M. abstrahantur, atque hæc aqua ad usum servertur.

VIRES.

Hæc aqua stomacho valde accomodata est, siquidem in vomitu, lienteria, singultu, Cœliaca passione, aliisque fluxibus alvinis magnum præstat usum, dolorem hæmorrhoidalem sedat, quatenus acrimoniam humorum obtundit, in hæmorrhagiis quoque & vulneratis felici successu à *Sylvio* commendatur.

§. VIII.

Quod permulta hinc & inde præparationes opii circumfendantur, noto notius est, ast nulla mihi videtur commodior opii correctio, quam per succum cydoniorum :

Tinctura Opii secundum Langelottum.

R. Opii Thebaici q. v. huic pulverisato superfunde succi cydoniorum clari ad eminentiam trium digitorum, adde parum Sal. Tarteri, stent in Vitro benè clauso in loco calido per mensem, post modum Tincturam claram deple & serva usui,

B Lan-

Langelottus in Epistola ad Curiosos sequentem modum aliis præfert;

R. Opii libr. semis, affunde succi cydon, depurat, libr. v. Sal Tar-
tari unc. semis Sachari albiss. drachm. ij M. Reponantur hæc in loco
terido ad fermentationem, donec opium totum solutum sit, fæ-
cibus subnatantibus & subsidentibus. Tunc solutio filretur,
& ad mellaginem inspissetur, cui affunde Spiritus Vini Tartari-
sati q. s. ad consistentiam essentia. Hæc præparatio est opti-
ma; In tali siquidem præparatione & fermentatione, non so-
lum solvitur opium, & partes crudiores partim dissipantur, partim
à succo acido-austeriusculo corriguntur. Relinquitur vero
istas præparations suo loco, quando opium Spiritu Vini solvunt
& extrahunt, sive per se addito Sale Tartari, aromatibus & aliis.
Ait judicamus in hac præparatione particulas narcoticas violen-
tas corrigi, sed potius exaltari, vid. *Borrichius de Somniferis*. Nec
quoque isti ritè procedunt, qui per acida potentiora e. gr. Spi-
ritum Vitrioli, vel Sulphuris opium corrigunt, talia enim sulphur
vaporosum penitus ferè figunt & enervant, propterea quoque in-
ter cadavera simplicium ab *Helmontio* referuntur.

VIRES.

Hæc Tinct. opii anodynnum summè correctum & tutissimum est
in quibusvis morbis, ubi dolores, vigilie, inquietudines, evacua-
tiones nimia & hypercatharses nimia urgent. Datur ad gtt. XV.
ad XX, prout magis vel minus saturata.

§. 9.

§. IX.

Diagrydium seu Scammonium cydoniatum seu defæcatum per succum cydoniorum.

Solvitur Scammonium in succo calido cydoniorum, s. a. postea præter fluxo mense decantatur à facibus & coagulatur. *Galenus* l. i. c. i. de alimentorum facultat. sequentem habet præparatiōnem: Nempè R. Scammonium tritum, eoque in malo cydonio excavato, pasta circumdato, exemptum deinde Diagrydium serva pro usu. NB. in hac præparatione interna mali cotonii acetabula, semini destinata excavantur, quæ Scammonio replentur ac coquuntur, atque talis correctio cum succo cydoniorum longe melior est reliquis, propterea quoque in hunc usque diem in Officinis talis correctio & usitata, necessaria enim maximè est hæcce, nisi enim Scammonium ritè corrigatur, ob magnam acrimoniam, intensamque caliditatem & siccitatem, infensæ malignitatis, mordacis flatulentiarum, excessivæ attractionis, adeoque aptum natum, quod intestina erodat, viscera, cor, epār &c. conturbet, ventriculum flatibus mordacibus laceſſet, vi sua calefaciente ac exſicatoria inflammet, & conſequenter febres producat, vi attractoria hypercathartes introducat, ideoque, niſi Medicus agrotantem in viræ periculum præcipitare velit, absolute requiritur debita correctio, quæ in hoc paragrapho descripta, omnium erit tutissima & convenientissima.

VIRES.

Expurgat valde humores biliosos, acres, serosos, adeoque cereberrimi uitus est, non modo per se sed cum aliis permixtum. Cujus dos. est a granis 7 ad decem.

NB. Alii eligunt Spiritum Scammon purgantem, qui sequenti modo preparatur.

R. Scammon. electi p. 4.

Succi cydon. p. 2. Mixta pone in locum calidum quotidie mouendo, donec induretur. Postmodum affunde vini malvatici q. flentque aliquamdiu in digestione & tunc sit spiritus purgans seu solutivus, qui sine ullo fastidio ac molestia a scrup. sed gr. XV. adhibetur.

§. X.

Tinct. Coralliorum cum succo cydoniorum preparata, elegantissimae virtutis.

R. Succi cydon. depurati. q. v. fieri in loco calido, ut in Acetum convertatur, postmodum hoc Acetum destilla & a phlegmate atque aliis sordibus separa, ut Acetum purum preparetur, quo facto superfunde hoc Acetum Coralliis rubris in alcohol redactis, ast prius probe calcinatis, flent in digestione in vitro & igne Arenaz. Tinct. rubicundam deple, atque novum affunde Acetum, talisque labor iteretur sexta vice; has omnes Tinct. conjunge & inspissa ad melluginis consistentiam, huic extracto superfunde Spiritum Vini rectificatum ad eminentiam trium digitorum,

torum, stent per 14. dies, & tunc Tinct, filtretur, & servetur ad usum.

NB. Si loco Spiritus Vini sumatur Spiritus Cochlearia, tunc elegantissima preparatur Tinct. Cor allorum antiscorbutica,

VIRES.

Tinct. Coralliorum licet diversæ circumferantur, nulla tamen hacce melior existit, quæ partim scopo adstrictorio satis facit, partim quoque stomachum aliaque viscera, præsertim ventriculum, hepar & intestina corroborat, ac in vulneribus ac hæmorrhagiis egregium præstat usum. Præterea quoque, quæ cum Spiritu Cochlearia præparatur, in scorbuto, si hujus usus coniunctetur, quasvis impuritates sanguinis v. g. in scabie, Luevener, affectibus podagrīis multoties mira præstlit.

§. XI.

Mucilago seminis cydoniorum composita.

R. Sem. cydoniorum contusi, q. v. Cum s. q. Aquæ rosar. & spermat. ranar. aa, q. f. F. Mucilago. R. hujus mucilagin. 2vj. magister. Saturni. 2j. M. D. in Olla, S Mundschleim auf die Zunge zustreichen, wo es wund oder entzündet ist/ des Tages 3, biß 4, mahl zugebrauchen. Est propterea incomparabile remedium, in ariduræ fauicium, sic inextinguibili, in febribus Urgaricis & morbis acutis alijs, ubi refrigeratione opus erit. In ambustis etiam suam meretur laudem.

B 3

§. XII.

§. XII.

Diacydonium simplex.

R. Pulpz Cydoniorum cum succo eorundem purissimo
coctz, Sachari albissimi clarificati & ad justam consistentiam co-
quendo inspissati, ana. libr. VII,

Misce exacte ad consistentiam scatulis infundi aptam; Vel in
Electuarii spissioris formam redige.

§. XIII.

Diacydonium cum speciebus.

R. Diacydonii modo descripti simplicis, recens parati, & ad-
huc à foco calentis, libram unam.

Cui misce Specierum pro Morsulis Imperatoris,
Flavedinis Corticum Citri recentis minutissimè concisz, 2
drach.v. Ac scatulis infunde,

VIRES.

Hæ binæ compositiones Diacydonii tam simplicis quam
compositi in lientericis & que ac Cœliaca passione laborantibus
sunt valde proficuae, utpote mira faciunt in tono ventriculi relaxa-
to, quatenus fibrarum tonum mirifice corroborant & hoc ipso
quoque omnes Diarrhoeas & fluxiones alvi potenter sistunt.

§. XIV.

• (15) •

§. XIV.

Oleum Cydoniorum.

R. Cydoniorum in frusta cortice detracto concisorum, libr.
II. olei Olivarum libr.. III.

Coquantur ad humiditatis usque Consumptionem, tunc co-
lentur & serventur ad usum.

VIRES.

Oleum hocce si prævia maceratione per mensem instituta, &
Salis pauxillum addito, hoc modo acquiritur, excellens coloris
Aurei ad instar solis fulgentis, quod in omnibus ventriculi morbis
cum Diarrhoea concomitantibus & probatissimum tam interne
qvam externe adhibitum.

§. XV.

Lanugo cydonia obducens, vulneribus imposita, vulnera
mirifice exsiccat & consolidat, adeo, ut nihil impuri relinquit, sed
saniem & particulas serosas tamdiu absumit, donec vulnus radi-
citus sit consolidatum.

§. XVI.

Roob Cydoniorum.

Hoc Roob adeo decantatissimum remedium apud plebejos au-
dit, ut indifferenter in omnibus Diarrhoeis & fluxionibus alvi ad-
hibe.

hibeant, cum maximo fructu & effectu, quinimo si Spiritus Vini affundatur & extrahatur Tinct. in formaliquida atque ad quindecim vel viginti guttas adhibita, eandem qualitatem posidet cum antecedentibus medicamentis.

§. XVII,

Panis cydoniatus in officinis preparatus ejusdem est efficacissimus, ubi opus est ad strictione & constipatione alvi.

§. XVIII,

Vinum Cydoniatum.

Præparatur sequenti modo. R. malor. cydonior. a cortice liberatorum & in frustula concisorum libr. XII, superfunde in eis Eymer. Fässlein cum musto repleto per triginta dies fermentato, postmodum vero clarum vinum deple & asserva usui in alio do-

culo.

VIRES.

Hocce vinum cydoniatum est confortatissimum naturæ, in tono fibrarum laxato, adjuvat concoctionem alimentorum, si inter prandendum & cœnandum haustus sumatur.

§. XIX,

Plura adhuc essent monenda, ast brevitati studentes filium hic abrumpimus, & imponimus nostræ disputationi

FINEM.

94 A 7368



KD A





13

Q. D. B. V.
DISPUTATIO INAUGURALIS PHARMACEUTICA
DE
MEDICAMENTIS
EX
**MALO CYDONIATO PRÆ-
PARATIS,**
^{2VAM}
DECRETO ET AVTORITATE
AMPLISSIMÆ FACVLTATIS MEDICÆ
SUB PRÆSIDIO
D O M I N I
JOANNIS PHILIPPI EYSELII,
PHIL. ET MED. DOCT.
ANATOM, CHIRURG. ET BOTAN. PROFESS, PUBL. CELEBERRIMI,
EJUSDEM QVE FACULT. ASSESS, ORDIN. ET SUBSENIORIS
GRAVISSIMI, p. t. DECANI, ACADEMIÆ IMPERIALIS
NATURÆ CURIOSORUM COLLEGÆ, P. L. C.
DOMINI PATRONI AC PROMOTORIS SUI ÆTATEM
DEVENERANDI,
PRO LICENTIA
SUMMOS IN ARTE MEDICA HONORES ET
PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE CONSEQUENDI
PLACIÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI SUBMITTET
DANIEL LUDOVICUS PLOCK,
Misnic. Torgauviensis.
IN AUDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS.
DIE X. MAJI MDCCXVII. HORIS CONSÜETIS
—
ERFURT, Typis OTTON. FRIDER. WERTHERI, ACAD. Typ. Adj.